qui non ſorte accomodat ſed arte rectorum, Videſ igitur
quemadmodum per ſingulas res currat oratio ut ad uniuer
ſale perueniat. Nam cum non ſorte regi ſed arte nauim
currum rempublicam collegiſſ& quaſi in ceteris quoque ita
ſeſe habeat quod erat uniuerſale concluſit. In omnibus quoque
rebus non ſorte ſed arte præcipium debere preponi.,
ſepe autem multorum collecta particularitas aliud quid
dam particulare monſtrat. Ut ſi qui ſic dicat ſi neque nauibus
neque curribus neque agris ſorte preponuntur ne rebus qui
dem publicis rectores eſſe ducendi ſunt quod argumentati
onis genus maxime ſol& eſſe probabile ut ſi non aequam
ſyllogiſmo habeat firmitatem ſyllogiſmus namque ab uni
uerſalibus ad particularia decurrit eſtque uel neo ſi ueris pre
poſitionibus contexatur firma atque inmutabilis ueritas.
ut inductio hab& quidem maximam probabilitatem ſed in
terdum ueritate deficit. ut in hac qui ſcit canere cantor eſt
& qui luctari luctator quique ædificare ædificator quibus
multis ſimili ratione collectis inferri poteſt. Qui ſcit igitur
malum malus eſt quod non procedit. mali quippe notitia
deeſſe non poteſt bono uirtus enim ſeſe diligit. Aſpernaturque
contraria nec uitare uitium niſi cognitum queat. his igitur
duobus uelut principiis & generibus argumentandi duo quidam

License: PUBLIC_DOMAIN – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 212, f. f.%2029v – Composite manuscript: artes et carmina (http://www.e-codices.ch/en/bbb/0212/f.%2029v)